Digitized by the Internet Archive
in 2021 with funding from
Universidad Francisco Marroquin

https://archive.org/details/sequentesprop18guat

191-A

AL Sr. Dr. D. BERNARDO PAVON Y MUÑOS: DEDICA ESTAS CONCLUCIONES JOSE CHRISANTO SALAZAR, EL DIA VII. DEL CORRIENTE A LAS IX. DE LA MAÑANA EN LA REAL UNIVERSIDAD.

SEQUENTES PROPOSITIONES

PUBLICÆ DEFENSIONI SUBJICIT

JOSEPH CHRISANTUS SALAZAR

UT BACC. GRADUS HONORE

DECORETUR

IN CIVILI JURI.

PRÆSIDE D. D. D. CHRISANTO

SAENZ DE TEXADA,

PRIMARIÆ LEGUM CATHEDRÆ

MODERATORE.

IN REGIA AC PONTIF. S. C.

UNIVERSITATE.

DIE VII. JULII ANNI MDCCCXVIII.

É por sus obras lo deven otro si conocer (AL REY) como es puesto para mantenerlos en Justicia, é en verdad; è dar á cada uno su derecho segun su merecimiento; è para defenderles, que non recivan mal, nin FUERZA ley 13. tit. 13. Part. 2.ª



Francisco Cabrera fc en Ca

D. D. D.

BERNARDUS PAVON ET MUÑOS

HUJUS METROPOLIS MÆSOCHORI DIGNITAS

SAC. THEOLOGIÆ CANONUM, LEGUMQUE Dr.

PRIUS:

JURIS VESPERTINÆ CATHEDRÆ MODERATOR,

FORI FISCALIS ECCLESIASTICI PROMOTOR.

POSTERIUS:

PROVISOR GENERALIS VICARIUS, ET JUDEX

ABSENTIBUS ARCHIEP. DIŒCESIM GUVERN.

ET NATIONALIS TEMPORE MOTUS:

DIGNITATES ATQUE DOCTORES

NUMISMAVIBUS AVRI, ET ARGENTI

ORNARE PROMOVI.

TUNC TEMPORIS:

REGIS AUGUSTI D. FERDINANDI INAUGURAT.

UNA CUM MINERVÆ SCOLARIBUS CELEBRAVIT,

RECTOR.

OB PRECLARA MERITA

STEMMATE ELIZABET CATHOLICÆ DECORATUS.

HUIC

INSTAR HUMILIS OBSEQUII

D. D. D.

JOSEPH. CHRISANTUS SALAZAR COL. TRID.

ALUM.

CERTAMEN LIT. IN JURE CIVILI.

DE SENTENTIA.

PUblicæ interest utilitati lites finiri: hoc sententia consequitur; quæ quidem duplex est, alia diffinitiva, alia interlocutoria.

II.

In diffinitiva et et interlocutoria sententia; hoc datur discrimen quod secunda agitur de incidentibus in principale; prima, dirimitur negotium. (1)

III.

Diffinitivam sententiam et juri et partis actioni conformem esse debere præcipiunt leges; (2) ita tamen ut brevitatis causa Judices subtilitates respuant. (3)

IV.

Sententia non aliter á Judicibus ferri debet, quam partibus citatis, jurisque ordine adamussim servato. (4)

---

(1) L. 2.ª tit. 22. Part 3. (2) Ll. 3. 12. tit. 22. ead. (3) L. 10. tit. 17. lib. 4. Recop. Cast. (4) L. 5. tit. 22. Part 3.ª

V.

Quando lis parvi est momenti, scripto non est profferenda, ut puta in quantitate non excedente viginti argenteos. (1)

VI.

¿Quid nunc dicendum latis schedulis anno millessimo septingentessimo, sexagessimo octavo; et nonagessimo sexto? desideranti dabimus.

VII.

Antequam Judex sententiam ferat, cuncta discutiat oportet attente; deinceps adeat Tribunal, sedensque controversiam dirimat. (2)

VIII.

Latæ sententiæ vim rei judicatæ damus, quando nec ab ea fuit appellatum, aut ei tacite vel expresse acquiescit damnatus. (3)

---

(1) Ll. 24. tit. 9. lib. 3. Recop. Cast. 1.ª tit. 10. lib. 5. Recop. Ind. (2) Ll. 5. 12. tit. 22. Part. 3. (3) L. 19. eod.

IX.

Posquam Judex sententiam dixit, cui litigatores cedunt, nec ab ea provocant functus est officio suo. (1)

X.

Sententia quæ est ipso jure nulla, non transit in rem judicatam, etiamsi ab ea non appellent litigantes. (2)

XI.

Res inter alios acta vel judicata aliis nec prodest nec noscet. (3)

DE APPELLATIONE.

Gravatus sive oppressus in sententia, appellationis vocem jus habet (4) emittendi.

II.

Qui nec oppressus sententia, aut tacite vel expresse in eam consensit, nequit appellationem interponere.

---

(1) Ll. 2. 3. tit. 22. Part. (2) Ll. 12. 13. 15. eodem. (3) L. 19. 20. tit. 22. Part. 3. (4) L. 2. tit. 23. Part. 3.ª

III.

Interponendæ appellationis tempus, civili jure quinque diebus concluditur. (1)

IV.

In nostra Hispania omnes appellationes, á quibuscumque Judicibus ad Regias Cancellarias trahuntur. (2)

V.

Illas excipimus quæ referuntur in legibus 20. tit. 4. lib. 2. 19. tit. 18. lib. 4. Recop. Cast.

VI.

Etiam excipiuntur quæ in artic. 6. et 78. ordinationis Præfectorum Provinciæ, vulgo, *Ordenanza de Intendentes*, continentur.

VII.

Ad Regias Cancellarias non sunt elevandæ appellationes ad mercatorum Tribunal attinentes. (3)

---

(1) L. 1.ª tit. 18. lib. 4. Recop. Cast. (2) L. 12. tit. 5. lib. 2. Recop. Cost. (3) Reg. Sched. 11. Decemb. anni 1793.

VIII.

Denique, si ad jus Patronatus spectet appellatio, á Jurisdictione Prætoriorum excluditur. (1)

DE SUPPLICATIONE.

Quamvis à sententiis in prima instantia per Regiam Auditoriam prolatis, appellatio denegetur, tamen gravatis leges dant supplicationis remedium. (2)

II.

Alio sensu supplicatio assumitur in tit. 20. lib. 4. Recop. Cast. quem interroganti dabimus.

III.

Quid sit præscriptum in recursu, quem *notoriæ injustitiæ* vocant, et in Senat. Cons. 6. 7. 10. tit. 20. lib. 4. Recop. Cast. patetexplicabimus.

DE COGNITIONE PER VIAM VIOLENTIÆ.

Cum Summis Imperantibus in-

---

(1) Reg. Sched. 5. Sep. 1803. (2) L. 2. tit. 19. lib. 4. Recop. Cast.

cumbat subditos ab injuria immunes reddere oritur ex hoc ut securé exerceant hanc violentiæ cognitionem.

II.

In Clericos simul ac Laicos hoc jure utuntur, cives quippe sunt eorumque auctoritati, licet dispari modo subjecti.

III.

Antiquo quidem jure et consuetudine, hodieque Reges nostri hanc cognitionem retinent. (1)

IV.

In Urbe Regia Senatus Supremus, in Provinciis Praetoria hujusce cognitionis negotia expediunt.

V.

In triplici sunt discrimine violentiae: aut cognoscunt Judices Ecclesiastici de re ad suum forum non pertinenti; aut modo non legitimo;

(1) ll. 2. tit. 6. lib. 1. - 36. tit. 5. lib. 2. Recop. Cast.

aut denique appellationis recursum denegant: Ex his cuilibet occurrenti opponunt Regia Praetoria decretum. (1)

VI.

Illud tamen Auditorium cognocit de illatione violentiae, sub cujus territorio Ecclesiasticus Judex Tribunal habet. (2)

VII.

In sententiis interlocutoriis vim diffinitivæ non habentibus, aut irreparabile, damnum non continentibus, frustra locum vindicat occursus hispanice *de no otorgar*. (3)

VIII.

Attamen de negotiis ad visitationem, correctionemque Regularium concernentibus, aut tangentibus executionem Sancti Concilii Tridentini, non Provincialia Praetoria, sed Su-

(1) Senat. Cons. 4. Cap. 1. 2. 14. tit. 1. lib. 4. (2) l. 39. tit. 5. lib. 2. (3) l. 37. eod. tit.

premus Regius Senatus privativè cognoscit (1).

IX.

In Americanis partibus ob longitudinem á Matritensi curia, praecipuum hoc jus Auditoriis competit. (2)

X.

Cautè nihilominus hoc occursu utendum et solerter, lenteque á Magistratibus admitendum (3).

XI.

Si quæstio suborta ad jus Patronatus spectet, Supremum Camaræ concilium omnibus aliis exclusive cognoscit. (4)

XII.

Iterum aliter in Americanis Asiatisque Provinciis, ubi Patroni vicem gerentes hac fruuntur auctoritate. (5)

---

(1) ll. 40. 81. tit. 5. lib. 2. Recop. Cast. (2) Solorz. de Jur. Ind. tom. 2. lib. 4. Cap. 3. num. 27. seqq. et in Polit. lib. 5. Cap. 3. num. 27. (3) Solorz. ibi. -- (4) Senat. Cons. 6. 8. 15. tit. 6. lib. 1.º Recop. Cast. (5) Reg. Sched. 5. Sept. 1803.

XIII.

Quando Judices Ecclesiastici auctoritatem interponunt litibus ad forum laicorum attinentibus, retinent Senatores processum, remittumque ad secularem Judicem competentem. (1)

XIV.

Si non admittunt appellationem de jure admittendam, viso circunspecte processu eumdem ad Ecclesiasticum Judicem devolvunt, ut appellationem admittat. (2)

XV.

Quod etiam contingit, si modo non legitimo á Judice Ecclesiastico processus efformatur. (3)

XVI.

Pro coronide addam, ordinariam provissionem intra sexaginta dies

---

(1) Senat. Cons. 4. Cap. 1. 2. 14. tit. 1. lb. 4. Recop. Cast. (2) Cit. Sant. Cons. et Lex. 36. tit. 5. lib. 2. Recop. Cast. (3) Cit. Senat. Cons.

á Prætoriis Regiis gerendam; in partibus extra mare positis attentis locorum distantiis moderandam. (1)

XVII.

Denique in civilibus ordinariis litibus Indorum cum summarie decidantur et accipiant finem, cessat omnino reccursus hujusmodi. (2)

---

(1) ll. 136. 137. tit. 15. lib. 2. Recop. Ind.
(2) l. 138. tit. 15. lib. 2. Recop. Ind.

Imprimatur.
Dr. Barrio Rector.

Apud
Betetam.